

Bibliothèque numérique


medic@

**Marces, Richard - candidat / Milot,
Nicolas - président. - An febrium ex
urina, quam ex pulsu, certior dignotio
?**

1597.

[Paris]

Cote : ms 73 n°252



AD QODLIBETARIAM

QVÆSTIO MEDICA.

242

MATVTINIS EXCVTIENDA DISPVATIONIBVS IN SCHOLIS

Medicorum die Iouis 23. Ianuarij Clarissimo viro D. Nicolao Milot Decano

& Regis Medico moderatore.

An februm ex vrina, quam ex pulsu, certior dignotio?



NONITO propemadum morborum numero, quibus obfessa tenetur vita, accessit nullo non tempore, & in omnes pariter sentiens febris: ut affectuum omnium frequentissimus ad communem humani generis perniciem natus. Finitur calor præter naturam accensus in corde primum, ab eo per arterias, & Venas una cum spiritu, & sanguine celeriter permeant in vniuersum corpus: Affecto corde vite principio, ipsi mox omnia consentientia, ne manus suum expleant, impediuntur. Si quando calor longius à corde ob viscera cuiuspiam, aut partu inflammationem ab humorum illuc coarctatorum putredine contractam accendatur, propinquioresque sibi partes excalescunt, sensim obrepit ad cor, & ab eo mox in corpus omne refundatur, febris Symptomatica nominatur.



RIPILCI humani corporis substantie calor ille præter naturam inherens, totidem genere distinctas febres constituit. Ab incensis spiritibus prodeunt Diarria: quas sanguis concepto calore imitatur. Contabescuntibus præ siccitate partibus, penitior æstu exhaustis Hæctica propagantur. Humores verò vasis conclusi præsertim maioribus pororum cutis oblatione, & vasorum in alio dehiſcentium abstractione, putredinem ab alieno calore excitatam interdum contrahunt, quam si sanguis ex aquo auctus conceperit Zosteris parit: inualescentibus verò pituita, bile, aut melancholia, quotidiana, tertiana, & quartana continua exoriantur.



INTERMITTENTIVM, ut & continuarium tres omnino differentie, quæ locis secluse, ab iisdem humoribus originem trahunt, qui vel ob ampliorem copiam, vel recipiendum vasorum obstructionem permixti sanguini per Venas decurrant, naturæ impulsu ubi noxii esse ceperint, à vasis maioribus in exiliores Venas, tandem in corporis habitum, & partes sentientes impetu protruduntur, quas pungunt & stimulant: Hinc rigor à bile in tertiana: horror à melancholia, in quartana: frigus à pituita, in quotidiana suscitantur, quibus humoribus à natura excoctis sudoribus, aut quocunque modo euacuatis terminatur accessio.



QUARVM inferiores notæ tres sunt: caloris excessus, pulsus, vrina. Pulsus (cuius etiam arteria omnes, & ex venis sola temporales diuina sunt participes) cordis præcipua actio, dum à facultate vitali monetur, quò nativus caloris mediocritas custodiatur: nativo calore quocunque modo præter naturam affecto, à mediocritate recedat, ipsiusque cordis affectum prodatur, necesse est. Vrina, quæ cibi potusque permixtorum, conſectorumque pars tenuior, humidiorque, ubi transmissi chyli ad iecoris portas properantis illapsum promouit, eius portio copiosior à venibus trahitur: reliqua sanguis fibrarum copia effusior, dilutus, Venas permeat, & ad extrema quæque deducitur: quo perfuncta morante aut sudoribus exhauntur, aut eadem qua processerat via, relabitur in renes, una contentorum in vasis humorum notas referens, ut quasi ab iis deſecta portio constitutionem quoque ipsorum indicaret.



NON tamen pulsus, vrina, aut calori soli & separatim fidendum: Calor in Lypiria, rigore, horrore, tangentis manum fallit. Sic in senibus febris ad manum non sunt conficiendæ: contraria temperatura cordis arteriarum vel eorum quæ in vasis, vel in corde continentur pulsus moderatos: veluti naturales ementiuntur etiam in febre: & vrina sæpe rubra sunt, & subrubra, ut in colico dolore, & in Hydropse, sine febre tamen. Quod si pulsus cum vrina conferas, pulsus qualibet vel minima corporis, vel animi commotione, ad medicum etiam aduentum permutari, præsertim in animi affectibus, urinas magis constantes & permanentes reperias, quo factum fortasse vitæ ratio pulsuum, vrina passim Hippocrates meminerit: Accedit quod vrina februm tempora inter se distinguat, à quibus & vultus & remedium in omni morbo indicatio sumi etiam potest.

Ergo februm ex vrina, quam ex pulsu, certior dignotio.

Poncbat RICHARDVS MARCES Parisinus anno. 1597.

DOMINI DOCTORES DISPVATVRI

M. Claudius Boyuin.
M. Philippus Harduin de S. Jacques
M. Claudius Fauuelet.

M. Claudius Dreux.
M. Iulianus Beré
M. Nicolaus Marchant.

M. Nicolaus Milot Dec. Præ. & Med. Reg.
M. Guilielmus de Baillou.
M. Henricus de Monanthucil, Prof. Reg.